REGULAE MONACHORUM (BASILIUS. COLUMBANUS. PORCARIUS. CASSIANUS. AUGUSTINUS. PS. MACHARIUS ETC.). ISIDORUS HISPALENSIS

1. Hälfte 12. Jh. Seite 53r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



lectionum utamur intropis & cantilenę arte nostra presumptione
uertamus. Sic enim sacrificium dō confessionis & laudis offerre debe-
mus. quomodo sibi ipse precipit. A nobis enī dn̄s magis obędientię quā
uictimarum sacrificium quęrit. Nec cantilenę artificioso stu-
dio quantum obseruantia mandatorum & cordis munditia
delectatur; De his q̄ psalmos discunt l' dictatoribus delegati obseruent

Si qui litteras uel psalmos discunt illos obseruent ad excipiendū
quibus fuerint deputati. qui pro eis aut de neglęgentia argu-
endi sunt. aut in eorum eruditione & studio approbandi. Si autē
discedens dictator. pro se deputare neglexerit. ad patrem reuerta-
tur is qui excipit. ut ipse deputet pro absente. qui ei dictare debeat
dum absens reuertatur & ad suum redeat dictatorem; Vt accepta a mi-
noribus ex more reddantur ad m̄sā

Acceptas in hora refectiones omī tempore ab his qui eas cotidie de psalmis accipiunt. reddant
ad mensam primam fratrum ex more. Qui meditari neglexerit &
non reddiderit. nęc manducet usq; ad horam refectionis uenturi
diei Vt sup̄ statutū modū nullus in cibo l' potu p̄sumat.

Nulli liceat supra statutam consuetudinē. Siue in potu. siue
in cibo presumere. nisi priori cui ordinandi & considerandi fa-
cultas est. ita ut si graui operatione fatigatis fratrib. supra consue-
tudinem oportet quicquam adiungi annuente & permittente
patre. & non quolibet presumente hoc ipsum fieri liceat; Vt refici-
entes cū quiete audiant quę leguntur.

Reficientes cum grārum actione & timore dī lectiones audiamus. non cum contentione.
& murmuratione. & indignatione. & clamosis uocibus. & strepitu pe-
dum. & sono uasorum. donum dī. sed cum caritate. & quiete. & dul-
cissimo disciplinę freno sumamus. Metuentes israhelitarum exempla
carnalium quibus manducantibus ad saturitatem angelorum panem
& coturnicum carnibus usq; ad nausiam ore repleto murmurantib. ira
dī ad exterminandum dirigitur; Vt ad m̄sā nullus s' peculiariter aliq̄d
comedendū procuret.

Nulli frūm liceat uel pomum ut q̄dcumq; hólerum. aut condimentorum uel aliud aliquid ausu suo quasi
peculiari apparatu in mensam sibi ad manducandum deferre. Ne in